



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici

Leoni, Giovanni Francesco

Coloniae Agrippinae, 1682

36 Decreta sacri concilij recipiunt interpretationem à stylo Romanae
Curiae.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10316

dem sacri concilij fuerunt auctoritate Apostolica confirmata, & observari
 33 mandata; ac ¶ universis inhiberetur, ne commentarios, glossas, ullumve omnino interpretationis genus super ipsius concilij decretis quocunque modo sub censuris, & pœnis edere præsumant, ut in Bulla confirmationis ejusdem concilij dat. Roma anno 1563. in fine concilij impressa, & dictis decretis, & legibus novis abrogantur antiqua contrarium disponen-

34 Quia ¶ Ecclesia semel à se concessa potest, vel pietatis, vel necessitatis intuitu in totum, vel in partem commutare, c. postea, quàm s. h. ita, 25. qu. 2.

Quòdque dispositio sacri concilij procedat in quocunque homicidio, etiam vim vi repellendo, commisso contra clement. unic. de homicid. tenuit Simon. Mayol. Asten. qui fuit Episcopus Vulturariensis, & decessit in Urbe Secretarius Apostolicus de anno 1601. vir eminentis doctrinæ, ut plura ejus opera testantur, pius, & timorata conscientia adco, quòd cum posset consanguineos ditare, noluit, sed opulentum spolum camerae Apostolicæ reliquit. in suo tractatu de irregularitate, lib. 1. c. 2. nu. 10. & vigesima, & lib. 5. c. 48. num. 10. & num. 11.

35 Comprobatu ¶ dicta opinio validissimo argumento, nempe, quia, ubicunque agitur de homicidio, seu mutilatione etiam ad necessariam defensionem, clerici, aliæque ecclesiasticæ personæ timoratae conscientia à Sede Apostolica obtinent dispensationes, quæ ad formam dicti c. 7. de reformat. Ordinariis locorum committuntur.

Et est ratio, quia, ut quis cesset à divinis,

potius debet judicari irregularis, quàm non: quia ubi majus periculum, ibi cautius est consulendum, cap. ubi periculum, de elect. in 6. & in terminis Lambert. de jur. patr. par. 1. lib. 2. art. 4. quæst. 4. princip. num. 8.

36 ¶ Et stylus curiæ Romanæ facit jus, c. ex litteris, & ibi Felyn. nu. 4. de const. Rot. decis. 1. post. med. de sibi. presby. in nov. & Lap. alleg. 33. nu. 4.

37 Pro ¶ interpretatione autem statuti ecclesiastici recurritur, primò ad jus canonicum, secundò ad stylum curiæ, Abbi. in eodem, cap. ex litteris, & Felyn. in eodem numer. 4.

Et pro opinionibus reconciliandis tres casus sunt considerandi.

Primus, si homicidium commissum sit publicum, ita quòd homicida se celare non possit, & cum scandalo fuit commissum: eo casu opinio Majoli est vera, quòd propter scandalum publicum, in foro exteriori teneantur necesse sit obtinere dispensationem ab homicidio, & irregularitate à Papa, quæ committi solet ad formam ejusdem c. 7. sess. 14.

38 ¶ Quia solùm scandalum reddit homicidium irregulare, ut in c. ex litteris, il. ubi etiam gloss. in verb. scandalum, & ibi Felyn. numer. 2. & melius in c. sicut dignum, s. illi etiam, numer. 2. vers. tertio solùm de homicid.

Si verò ad necessariam defensionem cum moderamine inculpatæ tutelæ, omnibus illicitis cessantibus; tunc non incurritur irregularitas ex allegatis supra num. 29. quia cessat etiam scandalum.

39 Secundus, ¶ si homicidium ad defensionem fuit commissum nocturno, aut alio tempore, nullis præsentibus, vel taliter,